



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 2. Venetus Orator matrimonium ob adulterii caussam dissolvendum  
petens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.  
A. C. 1563.

cuteretur, simulque in decreto utilia, ac proficua ab iis, quæ minus decebant, exacte segregarentur: eapropter singulis communicabatur Patris Laynesii scriptum, quo hic Jesuita decretum contra matrimonia clandestina promulgandum impugnabat, ac ejusmodi matrimonia non esse damnanda defendebat: verum exigua habebatur hujus scripti ratio.

§. II.

*Venetus Orator matrimonium ob adulterii causam dissolvendum petens.*

Paulo majorem attentionem merebantur Venetæ Reipublicæ Oratores, qui, cum anathema parari intelligerent contra eos, qui matrimonia consummata ob adulterium dissolvi assererent, mox suas rationes exponebant, ita perorantes. „ Hoc anathemate, nisi illud

*Pallav. n. 27.  
V. sc. lettr. 63  
p. 251.*

»a Canone hanc in rem confecto deleatur, inferenda timetur non modica  
»offensio Orientalis Ecclesiæ populis,  
»præsertim vero Venetorum Insulis,  
»Cretæ, Cypro, Corcyræ, Zazynto, Cephaloniæ, aliisque multis, non solum cum publicæ quietis, sed cum Ecclesiæ Catholicæ detrimento: com-  
»pertum quoque est Patribus, quod, tametsi Græca Ecclesia a Romana ex parte dissentiat, non tamen eo despe-

*Hist. Eccles. Tom. XLVI. F f ra*

Sæcul. XVI.  
A. C. 1563.

„rationis deventum sit, ut unio sperari  
 „non posset; præsertim cum Græci in  
 „subjectis Reipublicæ locis degentes,  
 „quamvis ritu suo vivant, Præsulibus ta-  
 „men a Romano Pontifice assumptis  
 „obtemperent: eapropter tam rerum  
 „convenientia, quam Oratorum mune-  
 „re compellimur, ne eos populos per-  
 „cuti sinamus ejusmodi anathemate,  
 „quo ad tumultum, integramque a Sede  
 „Apostolica secessionem provocarentur:  
 „satis enim constat, in more positum a-  
 „pud Græcos, ut uxorem adulteram  
 „deserant, & aliam ducant, veterrimam  
 „Majorum consuetudinem, ut ipsi di-  
 „cunt, secuti, nec idcirco illi dammati,  
 „aut anathemate perculsi sunt ab ulla  
 „Synodo Oecumenica, etiamsi Roma-  
 „næ, & catholicæ Ecclesiæ hujusmodi  
 „mos liquido innotuisset: existimamus  
 „igitur nostri esse muneris, quam effica-  
 „cissime possumus postulare, ut illæ Ca-  
 „nonis voces adeo moderate leniren-  
 „tur, ne Græcis detrimentum inferant,  
 „præsertim intentato anathemate, quod  
 „abs dubio confici poterit non solum  
 „nullatenus læsa Ecclesiæ Catholicæ  
 „dignitate, sed fortasse retenta plurimo-  
 „rum Doctorum reverentia, si hoc de-  
 „cretum sequentibus verbis concipe-  
 „retur.

§. III.